

emendorum, cum interea illi subdolis artibus potentiores
emungant, et in societatem subleste sua fraternitatis
impellant, ea fini, ut turbulenti sui propositi olim habeant
si non adjuutores, minime, tamen adversarios. Rem omnino
sic se habere, Generositas Tua recte conperiet. Atque
utinam iudicio meo hoc errem! Viderint igitur potentio-
res Principes et Magnates, quid de illis fanaticis ac
profanis impostoribus sit sentiendum, eorumque mature
consuetudine sua abigant, si sibi et Reipublice recte
velint consultum. Liberiorem hanc meam sententi-
am ut Generositas Tua in bonam partem interprete-
tur, rogo. Deus G.T. Ecclesie et Reipubl. sue. diu
salvum et incolumem conservet. Vale Generose Ho-
mine, et Pareun seniore benignè complecti perge.
Heidelberg a.d. 17. April. 1690.

Johanni Georgio Pareo
filio charissimo
Salutem!

238.

*** Tandem erumpent in lucem multorum consilia,
qui hoc bello non salutem publicam sed quastum privatum
cupiunt. Cogita in quanta persequar meum, et quid me maneat, si
in hostium manus deveniam. Vel Romanam vel in Hispaniam me
honorum mitterant, nisi furiosus miles me periret. Quo-
quidem ita merentibus peccatis nostris manum Domini subire
in hac senectute mea paratus sum. tamen consulens amicis de
secessu etiam cogito: quoniam et Christoph. Doming manus hoc se-
cum sepe tenuerit, ut Paulus Apostolus per corbem de moeni-
bus sedimissit in Paragensem periculo. Sed quomodo vertam, vixit
deo. Doming Degener, qui me in juventute mea hucusque serva-
vit, juvet me in presenti necessitate. Certo autem confido, quicquid
nobis nunc ferendum imponat, daturum bonam catastropham
huius tragoediae: et à prope periculis affuturum sue cause, et ma-
ximè nobis portecturum. Amen. Vale, mi fili, et precibus me
pura. Heidelberg. 27. Augusti. 1690.

Eidem
Salutem!

239.

*** Ex panico terrore advenantis Hispani, hinc inde
summi et optimi delabantur. Ego, cui propter merita in papam
et jesuitas ab hoste nihil aliud expectandum, nisi a. 1690.